Quelle: http://manuscripta.at/?ID=287
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

De herbis

B Sequitur de herbis quorum nomina in
choantur ab ista littera
Bacar aris est herba que facit ho
mines insanire unde virgilius bacare
cinge caput
Bace lauri quere supra de arbori
bus ubi laurus
Balsamita est menta aquatica et ibi quere
Balaustia quere supra de arboribus in b
Balsamus quere supra de arboribus a̅ro̅tic
Bancia est daucus agrestis i pastinaca scilicet groze mor her
ul post nay quere ubi daucus scilicet infra
Barba aaron est iarus
Barba hircina i consolida maior et ibi quere uel
est saxifraga media et ibi quere huius herbe succus ypo
quistidos dicitur
Barba hircina secundum serapionem dicitur achit
alceis · D · est planta que nascitur in locis
petrosis habens ramos multos lignosos non longos et habet
folia rotunda dura super que est sit pilositas Et sunt
eius due species scilicet masculus et femina Et masculus habet
florem similem herbabe Et femine flos est albus et in sapore
eius est stipticitas non pauca et virtus eius prima est
virtus frigida in quantitate cum caliditas eius sit tepida
et est sicca in tercio gradu Et secunda virtus est que conglu
tinat Et virtus tercia est si accipiuntur folia eius re
cencia et teruntur et administrantur conglutinat vulnera
Et flos eius est fortior folio de quo si bibatur aliquid
cum vino curat ulcera intestinorum et debilitatem stomachi
et cursum humorum ad ipsum Et quando fit cum eo emplastrum con
fert excitatis putridis et succus qui trahitur est ypoquis
tidos et sapor eius est plus stipticus satis quam foliorum
supradicte et est planta mirabilis virtutis adcurran
dis omnes egritudines que sunt ex fluxibus humorum
sicut sunt fluxus sanguinis et fluxus ventris et me
struorum et ulcera intestinorum et quando volumus fortificare
membra aliquod propter humiditatem aliquam que est in eo quare
fit debile facimus ei emplastrum cum eo et propter hanc causam
miscetur emplastris que conferunt ori stomachi et epati
et ponitur in triaca ad fortificanda membra et restringen
dum et dicit in salina iennix quod succus barbe hircine
stipticat stipticitate spata D · virtus floris eius est stip
tica quando bibitur tritus cum vino stiptico confert sputo
sanguinis et gravem habentibus ulcera intestinorum quando
accipitur de eo bis in die et quando fit emplastrum cum eo confert
ulceribus fraudulentis ne augeantur in corpore Et
quando miscetur cum vino et oleo confert combustionem ignis
et ulceribus antiquis Et nascitur in radice scilicet hystat

aplate stipite eius fungus qui vocatur arabice dicitur Coquo
sit medicina que dicitur ypoquistidos et ille fungus est
res similis balaustie et est de ea cuius color est sma
ragdus et de ea cuius color est glaucus et exprimitur succus
eius sicut exprimitur succus acacie Et sunt quidam qui
desiccant ipsum prius deinde terunt et infundunt in aqua
et coquunt et fit ex eo sucus excoctus et virtus eius est sic
virtus acacie nisi quod virtus eius est plus stiptica et plus
desiccativa et quando bibitur et fit clistere cum ea confert fluxu
i antiquo et ulceribus intestinorum et sputo sanguinis
et cursui antiquo humiditatum amatrice Bedigoras ca
rabit proprietates est que stringit ventrem et sanguinis
fluxum paulus virtus eius est similis virtuti balaus
tie et est medicina fortis in omnibus egritudinibus fluxu
um quoniam ipsum desiccat et fortificat membra hec sapio
Barba iouis est acidula minor ut bullus asto
Barbara est cucurbita agrestis
Bardana maior est lappacium maius
Bardana minor est lappacium rotundum
Baurach quere supra de salibus
Bdellium quere supra de arboribus
Basiliton secundum aliquos est genciana scilicet merwurtz sed
secundum aliquos est
B asiliton est herba que apud grecos amaca
mitis dicitur hec est herba parva scilicet maioran
ul maister wurtz basilige ul leben geil et ut dicitur
est illa que amaratus aut maiorana seu sansucus
appellatur Est autem amaratus herba ungentis aptissima
et traxit nomen a puero cuiusdam regis qui casu lapsus
dum ferret unguentum novum et gratissimum ex effusione
nomen inde recepit Hanc greci sansucum vocant
unde Isiderus ethymologiarum i x^e Sansucus que
latinum amaracum vocatur unde virgilius ubi mollis
amaracus floribus aspirans Therapeutica per succo basilitonis
uel mente datus cum lacte caprino lumbricos interficit
B asiliton fluviale est menta aquatica secundum
ozimum scilicet wazzer mynz et est basi
liton sive ozimum virtutem constringendi confortandi dis
soluendi et odorem habet basilice Secunde basilitonis vo
catur ozimum gariofilatum Therapeutica per Aqua decoctionis apud
ozimum estuationes stomachi i analesim compescit
Basiliscus est serpentaria et ibi quere scilicet infra
B edarugi secundum magistrum galleatum est ozimum
fluviale unde ozimum i basiliton Et ba
silitonis due sunt species scilicet gariofilatum et habet folia parva
boni odoris et alia species est basiliton fluviale Nota
quod est ca et sic in primo gradu et forte eius caliditas de
venit ad secundum gradum sicut dicit Sluc et licet eius

// B in sapore eius est stipticitas